

**Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Mirac. Virg. IIII. Tertio hoc miraculo conceptionis festi diei auctoritas  
confirmatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](#)

## MIRAC. VIRG. IIII.

*Tertio hoc miraculo conceptionis festi diei auctoritas confirmatur.*

**G**allus sacerdos ex intimo sensu, mirumq. in modū Virginem colebat: nullumq. diem intermittebat, quin eximias eius laudes, hymnosq. ex ecclesiae instituto purè ac religiosè recensebat. Forte autē acerbissimi hostis nostri impulsu adulteriū in proximo suburbano admiserat. ut verò domū rediret, Sequana lyntre transilienda erat. Vbi nauiculam concendit; ut erat ei in more positum, coepit pre cationi operam dare. Quarē, cūm uix ad ea uerba matutinae obsecrationis peruenisset, AVE MARIA, uenite exsultemus; ab innumerabili cacodaemonum numero in medio flumine submersa fuit nauicula. Miser ideo undarū ui, atq. impetu examinatus est; cui statim lumina morte lāguerūt; anima uerò à turpib. il lis belluis abrepta fuit ad perpetuos cruciatus perfērēdos. Tertiō post eius obitū die, Virgo innumerabilium Angelorum choro stipata accessit illuc, ubi impij miserum crudelissimè torquebant, & excruciantibant saeuissimo. & inaudito supplicij genere. Quae rente ipsa, quid tam crudeleis poenas ab illo exigentib; facui tortores responderunt, id sibi iure liceat, atq. optimo iure permitti. Cūm. n. in scelesto operare tunc deprehensus esset, dum è corporis uinculis solutus est; absq. iniuria, sacerdotem aeternis poenis & meritō fuisse adiudicatū, clamabat. At Virgo, si haec anima,

anima, inquit, eius ditioni addicta esse debet, cui moriens operam dabat; quis est, qui meam esse, negare audeat? quiq. ullam mihi faxit controuersiam? & aduersetur? Negabatis ne, quin mihi inferuiret, quin mea caussa occupatus esset; si me precabatur, si aliquaquebatur, & appellabat? Audito almae uocis dulci sono, mitibusq. & suauissimis illis uerbis, quib. coelū solet exhilarari, euanuerunt tetri cacodoemones turpiter, atq. indecorè ingemiscentes. Praetereà è diuino cōspectu fuga disiecti fuerunt, nō aliter, atq. atræ nubes, uel nigrae umbrae, quas lucidus sol, uel candens, aer dissipat, ac discutit. Pauētem uero animam in imo sequanae fundo clementissima exsangui corpori reposuit; ad cuius nutum ab imo, usq. ad summum ita separatae fuerunt, & diuisae aquae; ut ad ripas eundi statim sacerdoti idonea occasio oblata fuerit. illum praetereà Virgo amanter, ac benignè monuit; ut se ab adulterio posteà contineret; nec se turpisimi eius peccati labe amplius inquinaret: ne quid accideret deterius. Eadem etiam suasit, ut conceptio- nis diem coleret. His dictis, ipso aspiciente, in coelum conscendit. Quarè sacerdos quaerens solitudinem, à mundo secessit, conceptionis festo diei diuinorum, atq. immortaleis honores largiens.

## MIRAC. VIRG. V:

*Miles, dum rei diuinæ interest, cùm adesse proelys oportebat, in acie acriter pugnans uisus est.*

**M**illes Virgini deditissimus!, dicta cū hostib. die, ad praelandum proficiscens, in ipso itinere ingressus